



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Archiepiscopatvs Et Electoratvs Trevirensis**

**Abtei Sankt Maximin <Trier>**

**Avgvstae Trevirorum, 1633**

Littera Oo. Copia Litterarvm Archiepiscopi Electoris Moguntini ad D.  
Nuncium Apostolicum Coloniensem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62152](#)

## Littera Nn.

Mandatum breuitatis causa remittitur ad  
superiores Litteras R. & S.

## Littera Oo.

C O P I A   L I T T E R A R V M   A R-  
chiepiscopi Electoris Moguntini ad D.  
Nuncium Apostolicum Colo-  
niensem.

N. 499.  
ambigua  
responsio  
Electoris  
Mogunti-  
ni.

**A**ceperimus litteras, quas in negotio S. Maximini ad  
Nos scribit 19. Nouembris: ut verò omnino secu-  
ram reddimus Illustrissimam D. vestram, Nobis omnia  
curæ esse, quæ ad obsequiū Sanctitatis Suæ facere pos-  
sunt; ita ab' altera parte, cum hoc negotium summæ sit  
considerationis, vt pote in quo summa Christianitatis  
Capita videmus concurrere, & verò hucusque Imperij  
negotiis impediti, non potuerimus. Nos sufficienter in-  
formare de omnibus, quæ in vtramq; partem sunt con-  
sideranda, operam omnem adhibebimus, vt quo ad e-  
ius fieri potest, ad hanc rem conferamus, quicquid suæ  
Sanctitatis obseruantia, & Imperialis Maiestatis au-  
toritati ac Imperij libertati conseruandæ erit opportunū;  
quod verò in præsenti desiderabat Illustrissima D. Ve-  
stra circa Indultum, à Cæs. Maiest. Electo datum, sci-

N. 500.  
Idem dicit,  
Cæsarem  
ex more  
Imperi, in  
dultum, re  
iecto abba-  
ti, dedisse.

re cupimus Illustrissimam D. Vestram, id fecisse Impera-  
torem, quod ex more, & consuetudine Imperij, fieri so-  
let, quo Ecclesiasticis Prælatis Electis, etiam ante Con-  
firmationem ab Ultramontanis in Vrbe obtentam, ne  
suspensa Confirmatione Iustitia negligatur, non Regalia  
quidem.

quidem ipsa, sed tamen Regalia administrandi Indul-  
tum, ad determinatum tempus, in fauorem Iustitiae, cō-  
cedi solet. Considerabit proinde Illustrissima D. Vestrā,  
quid de hac re faciendum iudicet, cum quo Eisdem fœ-  
licia omnia auguramur, & Nos beneuole commenda-  
mus. Aschaffenburgi ex Arce nostra Sancti Ioannis, Die  
vndecima Decembris 1627.

## Littera Pp.

**MONITORIVM MODERNI DO-**  
**mini Archiepiscopi Treuirensis ac Princi-**  
**pis Electoris , ad Priorem & Monachos**  
**Monasterij S. Maximini 5. Nouemb.**

Anno 1633.

Nos Philippus Christophorus, De gratia, Archiepiscopus Treuirensis, Sacri Romani Imperij per Galliam & Regnum Arelatense Archicancellarius, ac Princeps Elector, Episcopus Spirensis, Administrator Prumiensis perpetuus, Praepositus Weissenburgensis, & Odenheimensis &c. Vobis Priori, & Conuentui, Monasterij S. Maximini, hisce notum volumus: Postquam ab aliquo iam tempore, ac nominatim Anno 1609. (vt, ab antiquo, sepius reiterata defectionis gesta, fileamus) temerario ausu, per implorationem Hispanicæ militaris Violentiaz, ac illicitæ contra Nos & Nostrum Archiepiscopatum Protectionis, & per demonstrationem omnimodæ hostilitatis, in Oppido Erang & Præfectura Welschbillich, à debitis Imperij ac Patriæ Contributio- nibus vos extricare attentastis: similiter postquam sub initium suscepti Electoralis nostri Regiminis, in Præfecturæ Pfaltzel Pago Longuich, homagium suscepimus,

N. 501.  
Monachi

Maximi-

niani per

implora-

tionē vio-

lentæ pro-

tectionis

deficiunt,

&amp; à contri-

butionibus

se se subtra-

hunt.

N. 502.  
Subditi

Maximi-

niani, in-

stanti Mo-

Dd 2

cui